

*Jerome to Damasus*

5r

DE CANONIBUS APOSTOLORUM QUOD NON SINT RESPUENDI, UT  
QUIDAM GARRIUNT, SED OMNI VENERATIONE HABENDI, SICUT  
HAEC BEATI HIERONIMI PRESBYTERI ET ALIORUM MULTORUM  
SANCTORUM PATRUM SCRIPTURA TESTATUR

5

BEATISSIMO PAPAE DAMASO, Hieronimus.

10

Gloriam sanctitatis tuae nostra humilitas deprecatur, ut secundum apostolicae  
sedis, quam cognovimus gubernare per tuam sanctitatem [...] actus gestorum a  
beati Petri apostoli principatu usque ad vestra tempora, quae gesta sunt in sede  
tua, nobis per ordinem paucis enarrare digneris, quatenus nostra humilitas sentire  
cognoscat, qui meruit de apostolorum supradictae sanctae sedis martyrio  
coronari, vel qui contra canones apostolorum excessisse cognoscitur.

Ora pro nobis, beatissime papa.

Data V. KL. Mai. Accepta Romae.